

omnibus secundis tam naturalibus, quam liberis.

Ad Conf. respondet negando minorem, & distinguendo consequens probationis, aliquid positivum, negat; aliquid negativum concedit, & negat subsumptum; quia illud negativum, quod ulterius requiritur, ut Deus dicatur paratus concurrere in actu primo antecedenter ad actualem determinationem illam concurrerit, est negatio istius decreti de non concurrendo, quae negatio se habet ex parte Dei. Hac tamen responsio non placet, quia constituit concursum Dei paratum in simplici negatione, ac enim esse negationem istius decreti de non concurrendo, quae negatio se habet ex parte Dei: nec autem est falsum, quia apud omnes concursus paratus praesertim decretum positivum Dei, quo determinavit causas omnibus secundis iuxta suam naturam, & proprium agendi modum suo concursu actu praesto esse, ut omnino posito certo ordine rerum, quae sunt causae naturales, & ad unum determinari, Dei paratum influxum inveniatur, & ad illud unum; quae vero liberae sunt paratum etiam inveniatur ad oppositum, merito cuius in eorum potestate dici queat agere, quod maluerit, qua ratione dici etiam solet decretum indifferens in ordine ad causas liberas; perperam ergo statuitur a Poncio in pura negatione decreti de non concurrendo cum causis secundis ad eorum operationes. Melius ergo respondetur negando minorem ad probationem concedendum est esse aliquid positivum distinctum a Deo, & a causa secunda, & quod se tenet ex parte creaturae; negatur tamen importare debere qualitatem illam praevalentem creaturae superadditam, & ratio est, quia mutatio necessaria ex parte creaturae ad concipiendum divinum decretum non necessario est realis simpliciter, sed sufficit obiectiva, ut dictum est in 1. sent. disp. 2. n. 172. & talis est universaliter mutatio, quae resultat in creatura ex decretis Dei conditionatis, ut dictum est in 1. sent. disp. 2. n. 184. & disp. 3. n. 262. in quorum numero recitentur decretum, quod importat concursus paratus, quatenus ex vi illius statuitur concursum actualem exhibere causis naturalibus, si fuerint sufficienter applicatae, & non impeditur liberis, si voluerint in actum prorumpere, & potius in hunc, quam in oppositum.

Quarto arguit Ledesma loc. cit. causa secunda essentialiter subordinatur primae non solum in essendo, sed etiam in operando; ergo prius natura intelligitur, quod causa prima operetur in secundam, quam quod hac causa operetur; antecedens patet, nam causa secunda eo ipso, quod talis causa est etiam in operando subordinari debet in genere causae efficientis physicae primae causae; consequentia probatur, nam causasque subordinatur alteri causae in operando, non potest operari, nisi prior evadatur ab illa causa, cui subordinatur. Respondent Neomates concessio antecedente negando consequentiam ad salvandam enim subordinacionem causae secundae ad primam in essendo sufficit indigentia conservacionis; ad salvandam vero dependentiam in operando satis est indigentia concursus simultanei, nec opus est ad praeivium concursum confingere, nam eo ipso quod causa secunda nequeat se sola independenter a prima causa operari, habetur aequa conceptus subordinacionis talis causae 2. operando, nec entia multiplicanda sunt sine necessitate. Falitas tamen huius responsionis satis constat ex dictis. n. 89. & 92. ubi evidenter offendimus ad salvandam plenam subordinacionem causae secundae ad primam in operando non satis esse indigentiam concursus simultanei. Quare argumento concedendum est ad salvandam talem subordinacionem praeter indigentiam simultanei concursus esse necessarium influxum Dei in causam ipsam secundam, non tamen praeivium, & antecedentem quasi ad actum primum spectare debeat, sed omnino concomitantem, & ipsam tamen ad actum secundum, sic enim bene salvatur causam secundam etiam in quantum agentem dependere a prima, & non agere, nisi motam ab ea, ut conclusa tertia declaratur est.

Argumenta Alvarez.

Quinto arguit Alvarez lib. 5. de auxiliis disp. 18. n. 12. causae secundae quatenus attingunt esse proprii effectus sunt instrumentum Dei; ergo opus est, quod moveantur ab illo prius natura, quam attingant ipsum esse causae effectus; consequentia patet, nam ut instrumentum attingat effectum principalem agentis, oportet quod praevia motione ab illo moveatur; probatur assumptum, quia esse est actus universalissimus & proprius effectus solius Dei, creaturarum vero, ut instrumenta sunt reus, unde & lib. de causis dicitur, quod neque intelligentia dat esse, nisi in quantum est divina; quo etiam argumento utitur Ledesma.

Resp. hoc argumentum nihil prolixius concludere, alioquin probaretur causas secundas proprie loquendo non esse causas principales effectus suorum effectuum, quod est contra omnem philosophiam, unde inquit Doctor 4. disp. 1. q. 1. quod multum differunt causa secunda, & instrumentum quodrosos sumptum, si illud ponatur actum respectu effectus principalis agentis; nam ubi instrumentum necesse est virtutem agendi, aut actualem sublevationem recipiat per actualem motionem agentis principalis, ideoque necesse est moveri antequam agat; causa secunda non sic se habet, sed sine tali motione praevia, aut sublevatione potest effectum suum attingere per connaturalem agendi virtutem, quam possidet in esse quieto; unde absolute negandum est assumptum, quod causa secunda sit instrumentum Dei proprie loquendo, quod si aliquando sic appellatur, hoc in eo sensu accipiendum est, quod sic instrumentum indiget concursu causae principalis, sed etiam causa secunda necesse indiget concursu causae primae; ad probationem assumpti, quod esse est effectus proprius solius Dei, hoc etiam absolute loquendo falsum est, ut Scot. ostendit loc. cit. & si quando, quae sic dicitur, per hoc tantum significatur, quod Deus cum sit suum esse, hoc est sit ens per essentiam, hinc sequitur, quod omne id, quod ens participat, non nisi ab ipso ente per essentiam illud participare possit; non autem sensu est, quod creati effectus, qui a Deo sunt, & causis secundis, formalitatem ipsius entitatis non etiam accipiant ab ipsis causis secundis, ut docet Scot. loc. cit. unus enim idemque effectus quo ad omnem suam formalitatem totus est a prima, & totus a causa secunda, esse non totaliter; Neque tandem sensus illius auctoritatis ex lib. de causis, quod intelligitur de esse, qua ratione est instrumentum Dei, sed in quantum divina est participatio, hoc est, quatenus virtutem suam intrinsecam agendi habet a Deo; vel quatenus ipsa virtus Dei adiuvat illam, & cum ea concurrat ad esse ipsius effectus.

Sexto idem Alvarez loc. cit. & Gonzalez disp. 6. n. 10. ex actualitate effectus sic arguit; causae secundae tribuunt effectum suum ultimam actualitatem, sed hanc ultimam actualitatem non possunt suis effectibus tribuere, nisi compleantur in sua virtute activa promotione actuali primi agentis ergo praevia motione moveatur ab illo; minorem probant nam omnis potentia, & virtus operativa creata est actus admixtus potentiae, & argue ideo non habet secundum se totam perfectam actualitatem, quantum habet operatio, quae est actus secundus; ergo non potest esse principium effectuum talis operationis, quantum ad suam ultimam actualitatem nisi prius natura compleatur in virtute sua operativa per aequalem promotionem primi agentis, principium enim efficiens, non minorem debet habere actualitatem, quam habet effectus. Confirmat Gonzalez n. 11. actus secundus perfectior est actu primo; ergo non potest agere, nisi habeat in se praemotionem aliquam, per quam reducat ad actum secundum; probat antecedens, quia actus secundus minorem habet potentialitatem, & magis actualitatis; & actus primus habet minus actualitatis, & maiorem potentialitatem.

Resp. negando minorem, ad probationem conceditur assumptum, quod virtus omnis creata praesertim actum potentiae admixtum, pro quanto non est semper in sua actuali operatione; sed negatur propter sequi, non habet tamen perfectam actualitatem, quae sufficit ad ponendum actum secundum in esse secundum omnem suam actualitatem, quia cum actus primus continet semper virtualiter actum secundum, habet semper nobilioris actualitatem ipso, & sufficientem ad ponendum illum in esse, si passum adit, & alia impedimenta ablata fuerint; Quod si aliquando non operans est in potentia formalis ad actum illum, non ob id tamen sequitur suum actum secundum virtualiter non continere, ideoque si alia praerequisita ex parte causae secundae accesserint, & impedimenta ablata fuerint, non posse illum ponere in esse sine tali motione, quae ipsum compleat in ratione actus primi; quia quod est in potentia formalis ad agendum, & in actu virtuali, non indiget determinari per novum actum, ut actionem illam de novo edat: sed falsum est, quod impedimenta de novo afferantur, si aliqua sint, & passum de novo approximetur, si fuerit distans. Ad Confir. negatur assumptum, nunquam enim actus primus effectus imperfectionis est actu secundo, sed vel perfectioris, vel saltem aequae perfectus cum effectu; ad probationem vero delumptam ex potentialitate actus primi satis constat ex proximè dictis ad argumentum principale.

ARTICULUS QUARTUS.

Alia Tomistarum argumenta soluta.

Septimo Caraffa disp. 22. cit. postquam plures rejectit aliorum rationes, ut inutiles ad probandum physicam praedeterminationem, a n. 54. proprias adducit quarum aliquae coincidunt cum praecedentibus jam adductis, quaedam verò cum nonnullis quibus probata est secunda, & tertia conclusio, quandoquidem bene probent praeter concursum Dei simultaneum in effectu, dari etiam debere alium in causam, non tamen praevium, & antecedentem, ut ab ipso inducuntur, sed concomitantem solum, & spectantem ad actum secundum; alia verò sunt, quia in philosophia est communiter receptum, quod prima, & secunda causa unica, ac indivisibili actione influunt in effectum; sed nisi admitatur praevius ille concursus in causa secunda, nequit primata, & secunda eadem indivisibili actione in effectum influere; ergo omnino praevius ille concursus admittendus est, majorem non probat, minorem vero satis prolixo discuro. Tum 2. quia causa necessaria determinat quidem sunt ad unum effectum in specie, non tamen in individuo: ergo huiusmodi causae indigent praevio concursu, quo determinatur ad talem effectum in individuo: antecedens passim conceditur, contentia probatur: quoniam talis determinatio haberi nequit a simultaneo Deo concursu; ergo a praevio: probatur assumptum, quia concursus Dei simultaneus est ipsa dependentia effectus, prout a Deo, ac proinde est aliquid extra causam, quomodo ergo ipsa virtus causae per illud determinabitur, ut attingat determinatum effectum; tum quia quicquid est in effectu, in causa jam praehabetur: ergo habetur in causa necessaria ex vi praevii concursus in ea recepti talis individua effectus determinatio. Denique prima causa utitur secundis praesertim naturalibus ad suas operationes: sed nequit hic usus explicari per concursum simultaneum in effectu: ergo explicari debet per praevium in causam: probat minorem inductione, quod semper usus activus consistit in aliquo praevio, sic enim manus dicitur uti calamo, quia per aliquid praevium calamo applicat ad scribendum: sic dominus servus utitur, quia verbis, & praecipis illius utitur ad sua munera obeundam; quia si usus activus primae causae consisteret in concursu simultaneo: ergo eo pacto uteretur prima causa secundis, sicut unus trahentium navim dicitur uti altero, quia simul concurrunt in illa trahicione, quod tamen dici nequit, quia unus trahentium navim non habet dominium in altero, ut causa prima habet in secundam.

Respondetur ad primum negando majorem, quia concursus primae causae est realiter distinctus a concursu causae secundae, ut dictum est n. 74. neque dici possunt unam consistere actionem indivisibilem, sed tantum integraliter, quod si quis vellet cedere majorem, ut passim conceditur a Neotericis, tunc erit neganda minor, quam ibi arguens non satis effecit probat. Ad secundum negatur consequentia, ut enim constat ex dictis n. 76. neque ex hoc capite necessaria est physica causae praedeterminatio, etenim determinatio causae naturalis ad effectum in individuo vel haberi potest ex determinatis circumstantiis loco, passo, & tempore, vel melius ex limitatione divini influxus simultanei hic, & nunc exhibit; unde ad probationem consequentiae negatur assumptum: ad cuius probationem dicendum, quod licet influxus Dei simultaneus sit aliquid extra causam secundam, & influxus istius sit de se indifferens ad plures numero effectus, tamen eo ipso, quod influxus secundae causae conjungitur cum influxu primae, ex tali conjunctione determinatur ad hunc numero effectum, & quia actio causae secundae ita modificata, & limitata ex conjunctione cum influxu simultaneo primae in ipsa causa secunda subleatur; non autem in effectu; ideo virtus causae secundae per eam sufficienter determinatur, ut attingat determinatum effectum in individuo; ad aliam probationem rursus negatur consequentia, quia satis praehabetur in causa talis individua effectus determinatio, vel ex praedicta conjunctione influxus causae secundae cum influxu primae, vel etiam ex ipso concursu causae primae in secundam, ut agentem, quem ultro concedimus praeter simultaneum in effectu, non quidem praevium, & antecedentem ad operationem, sed prolixius concomitantem: de quo vide disp. 8. Phys. q. 3. art. 3. Ad tertium negatur minor, quia usus domini, quod exercet causa prima in secundas non consistit in hoc, quod eis utatur, sicut scribens calamo, aut quemadmodum unus navim trahens locum adhibet in trahicione, in quem nullum habet dominium; sed in hoc con-

Mela. In Secunda. Sentent.

sistit, quod omnes subint plenissime suae potestati, itaut pro libito possit eas impedire ad actionibus, & effectibus connaturalibus, ignem a combustionem, aquam a fluxu, &c. & causae secundae sint illi adeo subiectae, & in agendo dependentes, quod non solum egeant ejus concursu simultaneo ad singulos effectus, sed etiam concursu in causam, non quidem antecedenti, sed concomitanti, ratione cuius dicantur agere, ut motae a prima causa.

Octavo, determinatio causae secundae, seu applicatio illa, qua applicatur ad operandum, est aliquid distinctum a Deo, & a causa secunda, ejusque virtute activa, cum saepe contingat causas secundas habere virtutem agendi, & tamen non esse applicatas ad operandum; & quidem est antecedens ipsam operationem, quia operatio non prodit a causa, nisi prius applicata; ergo sit a Deo praeivium causa secunda operetur: hoc est comanifestum, & praecipuum fundamentum oppositae sententiae.

Respondetur facillime negando assumptum quoad secundam partem, quod scilicet talis applicatio sit antecedens operationem, quia applicatio formae illius creaturae ad opus est ipsa actio creaturae; unde non est quid antecedens, v.g. imaginatio aliqua praedeterminans, quae fit a solo Deo, ut imaginantur Adversarii, dependet autem, & fit a Deo concomitantem operante; Verumtamen quia hoc est praecipuum eorum placet illud alius pendere; & cum procedat ex aequivocatione illius nominis applicatio opus est id explicare; quatuor itaque modis hoc nomen applicationis sumi potest, primum enim significare potest propositionem, & inclinationem naturalem conjunctam agentis ad suam operationem, quomodo solemus dicere Deum applicasse omnia agentia in suam operationem; secundum significare potest actionem ipsam causae secundae, qua ratione transit de otio ad opus, quo sensu solemus dicere rem inchoantem suam operationem applicari ad agendum, propterea quod tunc istam inchoatam actionem, & principium formale agenditunc (sax actioni conjungitur, vel effectui; tertio adhuc magis ad rem nostram significat applicationem quandam praeviam, & necessariam ex parte causae secundae, ut ipsa proxime disponatur ad agendum, qualis in agentibus corporalibus ponitur fieri per motum localem, aut aliam motionem, & in moribus animae per sufficientem propositionem obiecti, aut actus superioris potentiae, aut universaliter per aliam motionem ejusdem potentiae in seipsum secundum actus diversos, quando subordinationem in se habent; quo modo dicitur solemus eum, qui appropinquavit ignem stuppa, ignem applicare ad comburendum; intellectivam potentiam obiectum cogitum voluntati applicare, ut agere possit, & voluntatem volentem aliquid a potentis inferioribus exequendum eas applicare ad agendum; quarto tandem imponi potest hoc nomen ad significandum applicationem quandam praeviam, qua causa secunda jam sufficienter, & proximè disposita ad agendum, ideoque jam proximè applicata applicatione illa materialium, & locali, five animalium, & intellectuali (ita enim vocamus applicationes factas per motum localem in corpore agentibus, & per sufficientem propositionem obiecti, five actus superioris potentiae in actibus animae) indiget ex vi subordinacionis ad primam ab illa immediate applicari antequam operetur, quo quidem sensu nomen applicationis accipiunt quicquid; physicam praedeterminationem admittunt.

Itaque ad argumentum, nomen applicationis in antecedenti sumitur uno ex tribus prioribus modis; in consequenti vero quarto modo, & ideo consequentia nulla est, etenim applicatio ad agendum, quae fit realis, nulla est alia, nisi quae significatur tribus prioribus modis; quae autem quarto modo fingitur, omnino irrationabilis est, ut autem quarto modo dicitur. Et quia hoc idem argumentum solet ab Adversariis proponi sub nomine excitationis, eodem modo solvendum explicando aequivocationem nominis, etenim significare potest actum priorem alterius potentiae praerogativam, & universaliter actionem quamlibet praecedentem; qua virtus agendi compleatur, & disponitur proximè, ut agat, quo modo solemus dicere intellectum excitare voluntatem; voluntatem excitare potentias inferiores, calorem excitare rem odoriferam ad olendum, propterea quod fuit voluntas proximè disponitur per actionem intellectum sufficienter praerogativam sibi suum obiectum: ita potentiae inferioris per actum voluntatis, tanquam potentiae superioris, cui parenda est, & res odorifera per rarefactionem a calore procedentem, proximè disponitur, ut agant, adhuc autem potest hoc nomen excitationis imponi ad significandam quandam excitationem praeviam, qua virtus agendi creata jam proximè disposita, & completa in sua virtute indiget a prima causa.



fa excitari, & moveri ad operandum, non quidem, ut proxime disponatur; quippe quae supponitur jam disposita: sed ut prima causa vere, & essentialiter subordinetur in agendo, quo sensu eam accipiunt assertores physicae praedeterminationis. Si, inquam, argumentum hoc modo formaretur sub nomine *excitationis* antecedens admitti non debet, nisi in priori significatione; & ideo consequentia nulla foret, cum excitatio praevia in secunda significatione inde inferatur. Quod si replicaret Thomista esse non solum in consequenti, sed etiam in antecedenti accipere nomen *applicacionis*, & *excitationis*, eo modo scilicet pro ea applicacione, & excitacione praevia, quae in causis secundis jam sufficienter dispositis necessaria est solum, ut agant, & operentur; jam peterent principium, quia hoc est illud, quod in hac tota quaestione quaeritur, num scilicet talis excitatio, & applicacio praevia habeat verum esse a parte rei, quod nos constanter negamus.

110 Nono, arguit eam motionem, quam nos ponimus concomitantem, esse omnino antecedentem, nam id, a quo aliquid dependet, est prius eo, quod dependet; sed operatio creaturae dependet ab operacione, & influxu Dei, atque ideo a Deo ipso, non tantum, ut est, & causa in actu primo; sed etiam ut operans est, & causa in actu secundo; ergo influxus, vel Deus, ut operans, est prior natura causa secunda, ut operante; ergo praeter concurrere simul tantum Dei in effectum, admitti debet alter in causam, non quidem concomitans operacionem ejus, sed omnino praevius, & antecedens. Respondeo me non satis percipere quomodo hoc argumentum procedere possit in principis Adversariorum dicentium actionem Dei, & creaturae esse unam, ac indivisibilem; si ita est, plane minor erit falla, si enim operatio creaturae est eadem cum actione Dei, ergo ab illa dependere non potest, cum idem a seipsa dependere non possit; unde magis procedere videtur in principis nostris illas actiones distinguendum; sed tunc est distinguenda major, quod duplex est dependentia causalitatis, & praerogativa, qualis est inter causam, & effectum; alia est dependentia concomitantiae, quae potius dici debet coexistentia, quo pacto unum correlativum dicitur ab alio dependere in suo esse, licet secundum tale esse relativum unum non sit causa alterius, quia sunt simul natura; major igitur vera est de eo, a quo aliquid dependet dependentia causalitatis, non autem concomitantiae; quia id, a quo aliquid dependet dependentia concomitantiae, non est necessario prius altero, nec id, quod dependet posterius: utrumque enim est vicissim dependens ab altero, ut patet in duobus trahentibus navim, neutrum enim adio prior est actione alterius; ita respondet Morianus *loc. cit.* tenendo actionem Dei, & creaturae esse duas actiones, quod tamen ipse verum repugnat.

Verum haec respositio non omnino satisfacta, quia actio creaturae vere dependet a Deo dependentia causalitatis, nec potest a creatura dimanare sine influxu Dei: potius ergo neganda est minor, quod actio creaturae dependeat ab operacione Dei, atque ideo a Deo, non tantum, ut est, & causa in actu primo, sed etiam ut operans est, & causa in actu secundo; aliud enim est dicere: quod actio creaturae dependeat a Deo, aliud ab operacione Dei; sicut aliud est dicere effectum pendere a causa; & pendere ab actione causa, siquidem actio proprie loquendo non est id, a quo effectus dependet, sed *quo*, id est qua mediante effectus dependet a causa; unde licet verum sit, quod causa praecedat naturam suam effectum, non tamen id bene diceretur de actione, quia actio potius est simul cum effectu, quam cum natura praecedat; quamvis enim sit via in effectum, velut in suum terminum, tamen ut constat ex dictis *disp. 8. Phys. q. 3.* non est via absoluta in terminum, sed relativa. Itaque non tantum calor, qui est effectus ignis, dependet a Deo per influxum simultaneum, sed etiam calefactio ipsa, quae est actio resultans in igne, & ab igne, dependet ab eo per alium influxum distinctum in ipsam causam, sed iste influxus in causam dici nequit praevius, & antecedens, tanquam terminus ejus sit quid pertinens ad actum primum causae, vel per modum principii formalis, vel saltem per modum conditionis necessariae ad agendum praerequisitae, ut Adversarii imaginantur; sed est omnino concomitans, quia terminus ejus est ipsamet actio causae, per quam ipsa causa secunda formaliter constituitur in actu secundo; verum tamen est, quod si influxus iste Dei in causam comparatur ad actualem motionem, & determinationem causae secundae, quae seipsam movet, & determinationem actus secundo; sic omnino praecedat eam aliqua prioritate in *quo*, praecedat tamen aliqua prioritate a *quo*, ut ideo secundum hanc comparationem vere concedi possit Deum nemum movere, & determinare causas secundas, cum seipsas

moverent, ac determinant; sed etiam praemovere, ac praedeterminare, utly *praedicit* prioritatem a *quo*, non autem in *quo*, ut dictum est *n. 97.*

Objectiones ex causis liberis diluuntur.

111 Deinde praeterea Thomista ad probandam necessitatem physicae praedeterminationis; ex causis liberis speciales rationes deducunt, & sic arguunt; a causa indifferente, & indeterminata non potest determinatus prodire effectus, nisi prius determinetur; sed voluntas creata postis etiam omnibus ad agendum praerequisitis est indifferens, & indeterminata ad agendum, & non agendum, item ad agendum hunc, vel illum actum, scilicet amoris, vel odii; ergo opus est, quod saltem prius natura, quam exeat in actum, ab alio determinetur; neque enim seipsam determinare potest, quia semper in se est indifferens ante determinationem ab alio acceptam, & proinde est insufficientis ad determinationem faciendam; non potest autem ab alia causa inferiori determinari, sed tantum a Deo, quia nulla alia causa habet efficaciam in voluntate. Major, in qua tota vis argumenti consistit; probatur, quia ex *2. Phys. text. com. 28.* ab eo, quod est in potentia, & indifferens in quantum hujusmodi, non erit determinatus actus; quia non est major ratio, quare potius exeat iste actus, quam oppositus, cum tali potentia secundum se indifferens sit ad opposita; Tum quia repugnat eandem facultatem esse indifferenter, & seipsam determinare, quia determinatum, & indifferens contradicunt.

112 Resp. majorem non esse universaliter veram, sed tantum de causa habente indifferentiam passivam, quae oritur vel ex imperfectione virtutis, vel ex defectu alicujus conditionis ad operandum requisitae, qualis est in materia prima respectu formarum, in oculo respectu visus, vel non visus defecto luminis, vel obiecti: non autem valet de causa habente indifferentiam activam, quae oritur ex eminentia, & perfectione virtutis, per quam habet verum dominium sui actus, qualis est in Deo, ac etiam quodammodo in rebus creatis reperiri potest; tunc enim non est necesse, quod potentia indeterminata determinetur ab alio priusquam operetur; sed seipsam determinare nata est, ac si unus tantum esset; & ratio est evidens, quia si virtutem limitatam ad unum tantum effectum haberet, profecto in indigeret alio determinante; ergo cum ex illimitatione virtutis non tollatur ea aliquid, quod ad perfectionem virtutis causandum pertinet, sed solum, virtus causandi respectu alterius addatur; non erit necesse, quod ad causandum, & agendum illud unum alio indigeat illam determinante; modo voluntas creata, quae ponitur principium liberum causandi non est illimitata illimitatione potentiae passivae, sed activae ex *Scoto 1. dist. q. 5. Z.* & ideo non indiget, quod ab alio determinetur, sed potius omnibus necessario ad agendum requisitis semetipsam determinat ad agendum, vel non agendum, in quo consistit dominium sui actus; unde inquit Doctor *2. dist. 2. q. 2. E.* sicut in causis naturalibus causam determinari ex parte sui est eam habere formam determinatam, quae causet; ita in liberis causam esse determinatam est ipsam habere determinatam voluntationem respectu volibilis.

Ad primam majoris probationem, propositio illa ex *2. Phys.* vera est solum de eo, quod est indifferens indifferentia potentiae passivae, nam tale utique non potest determinatam actionem edere, nisi prius peculiari forma determinetur; ad alteram probationem dicendum, quod esse indifferens passivae, & se determinare utique repugnant inter se; sed quod est indifferens activae in actu primo, non repugnat, ut se determinet in actu secundo, si quidem hoc Deo competit, qui est indifferens activae ad mundum producendum, & non producendum, item ad hoc, vel illud producendum; unde inde determinatio, & determinatio activa non sunt pugnantia, ut Adversarii dicunt, sed sunt subordinata, ut potentia, & actus. Dices, causa libera est ex se indeterminata: ergo seipsam non determinat, sed determinatur a Deo. Negatur consequentia, imo oppositum sequitur ex antecedente, cum enim sit indeterminata activae, si non determinat seipsam, non differret a causa ex se determinata, & necessaria; vel saltem esset indeterminata passivae, quia scilicet capax esset determinationis extrinsecus adveniens; hoc igitur est de ratione causae ex se activae indeterminatae, & indifferens, qualis est voluntas, ut se determinet in actum secundum prout pendendo; & determinatio illa formalis per suam operationem est effectus indifferentiae, & indeterminacionis activae.

Dices,

113 Dices, sicut est de essentia liberi arbitrii, quod se determinet, ita est de ejus essentia, quod se moveat; sed liberum arbitrium creatum, quia non est simpliciter primum se movens, non movet se, nisi prius moveatur a Deo: ergo similiter, quia non est simpliciter primum libere, nec primum se determinans, prius natura determinatur a Deo per auxilium praevium, quod virtus activa ejus intelligatur compleri in actu primo, quam se determinet per actum suum secundum. Resp. idem potius oppositum deduci, siquidem ex ea proportione potius est dicendum, quod sicut nullus est motus praevius complens liberum arbitrium in actu primo, ut operetur, sed omnis perinet ad actum secundum, quo voluntas fit de non volente volens; ita nulla sit determinatio praevia completi liberum arbitrium in actu primo, sed omnis perit ad actum secundum, quia sub determinato actu fiat; & sicut liberum arbitrium non prius a Deo, ut sic, movetur, quam seipsam movet, quia Deus non producit actum voluntatis, priusquam ipsum producat; ita non prius determinatur a Deo, quam seipsam determinet, quod non obicere significavit Doctor *3. dist. 17. ad 1.* nam cum ibi doceat Deum non operari ad operationem voluntatis, nisi voluntate liberate agente, & determinate in de operandum, & tunc Deum operari cum ea, clare dedit intelligere Deum non prius natura determinare voluntatem, quam ipsa se determinet actualiter volendo, nec consequenter eam movere priusquam ipsa seipsam moveat; & cum addit liberum arbitrium non esse primum se movens, nec primum libere, dico id solum convincere, quod in ipsa actuali motione, & determinatione pertinet ad actum secundum, liberum arbitrium non sit primum se movens, determinans, scilicet se movens, & a se determinans, sed ab alio.

114 Undecim, Deus aeterno suo, & absoluto decreto, quo efficaciter voluit, ut voluntas creata produceret talem actum, extrinsecam quadam determinatione voluntatem ab aeterno praedeterminavit: ergo in tempore, cum facit, ut ipsa talem actum operetur, necessario eam movendo praedeterminat, ut eum ad eam operetur: consequentia patet, quia determinatio extrinsecam ab aeterno infert determinationem intrinsecam in tempore, & assumptum probatur, quia infallibilitas futuri eventus non potest fundari, nisi in illo decreto absoluto, & efficaci divinae voluntatis, ideoque praedeterminante voluntatem creatam ad certum, & determinatum effectum. Resp. posse primo negari consequentiam, siquidem aliquando contingit determinationem extrinsecam nullam inferre determinationem intrinsecam, sicut patet cum voluntas actu suo immanenti determinat inferiores potentias ad aliquid exequendum: absolute tamen juxta dicta *1. sent. dist. 3. qu. 3. art. 8.* negandum est assumptum, quia cum Deus aeterno suo, & absoluto decreto efficaciter volens voluntatem creatam talem actum producere, non velit hoc sine voluntate producendum, sed a voluntate producendum; consequenter non habet actum suum omnino antecedentem decretum voluntatis creatae, sed potius illud virtualiter comitatur, cum & virtualiter illud in voluit, & ideo non praedeterminat illam extrinsecam, sed potius comitatur, vel concomitatur cum ea determinat: quamquam cum ipse sit primum determinans, quia est primum liberum modo exposito, a sua determinatione, tanquam a prima radice certitudo, & determinatio futuri eventus dependeat. Dices, si Deus non determinat voluntatem ad operandum: ergo vel expectat determinationem voluntatis, ut cum illa operetur, vel illi offert concursum suum in actu primo, ut ipsa Deum applicet ad operandum eo modo, quo maluerit voluntas; & quocumque modo dicatur, sequitur Deum in concurrente ad effectus liberos dependere a causa secunda, & caeco modo Deum operari secundum ductum voluntatis; quod sciat quid facturus sit, quousque illud fecerit.

115 Resp. nos non negare, quod Deus determinet voluntatem ad operandum simul tempore, & natura cum ipsa operatur, & per actualem operationem sese determinat: sed negamus, quod eam praedeterminet prius natura, quam ipsa in actum egrediatur, determinatione nimirum ad actum primum spectante, sicut enim decretum extrinsecum aeternum de ejus operatione futura non est omnino antecedens ordine causalitatis decretum voluntatis creatae, sed concomitans saltem virtualiter modo explicato *disp. 3. cit. q. 3. art. 8.* ita & determinatio intrinsecam in tempore illi respondens est mere concomitans ipsam liberam voluntatis operationem, non vero antecedens: Quomodo autem nec caeco modo ab aeterno determinet Deus quicquid in tempore futurum est a voluntate creatae, etiam ante talem decretum non praevideat, quid facturus esset voluntas in talibus circumstantiis; neque

Med. In Secunda Sententia.

causaliter in tempore sese conjungat cum ea ad effectum liberum futurum producendum, satis declaratum est *loc. cit.* etiam ubi dicitur causa concurrere ad eundem producendum effectum, & una est libera, ac eminenter continet aliam, potest ipsa ex vi suae libertatis, & eminentiae sine eo, quod sit determinata ab alia, aut aliam praedeterminet, sic se conformat alteri causae, ut in eodem signo concurreret ita se gerat, ac si determinationem ejus expectaret, aut esse futuram praecognovisset; nunc autem Deus, & causa secunda, elio sine causa concurrerent ad eundem effectum, Deus tamen est causa libera, & eminenter continens omnem determinationem causae secundae; ideo volens causas secundas motus suos agere, potest eo modo determinato agere, quod nec praedeterminans, nec praedeterminatus in eo signo decretat ab aeterno cum causis secundis agere, & res ipsa agat in tempore, in quo causae secundae agerent, si seipsas independentes a causa prima agere possent; Vel brevius, & clarius dicamus; ut sciat Deus, quod causa secunda hic, & nunc operabitur, non oportet, quod eam physice praedeterminet, sed ut simultanee cum naturali concurrat ad ejus actionem, & effectum; causet vero liberam suam exhibet concursum in tali rectum ordine, in quo aeterno suo decreto locum operaturam.

116 Postremo, obiciunt varias Patrum, & Conciliorum auctoritates, quibus significatur, quod Deus aeternum agatur causae secundae libertate, moveat ipsas intrinsecae. Deinde auctoritatem Cathedrae Rom. p. de primo articulo Symboli *n. 22.* ubi docet Deum non solum concomitantem, sed etiam praevio influxu movere causas secundas ad operandum illis verbis: *quae moventur, & agunt aliquamvis virtute ad motum, atque actionem Deus ita impellit, ut quomodo causarum secundarum efficientiam non impediatur, praevient tamen.* Deum satis urgent testimonium Art. 8. *Phys. 33.* superius adductum *n. 86.* in fine, vixque specialiter faciunt in exemplo ab Aristotele adducto baculi, quod ut movetur, prius actualem motionem operis est, quod in se recipiat a principali agente. Respondeo Patres, & Concilia ut plurimum loqui de motione, excitacione, & auxilio particulariter requirito ad opera bona ordinis supernaturalis, de quibus in praesenti quaestione non agimus, nec de auxiliis ad ea requisitis, sed de actibus liberis ordinis naturalis, ad quos actus idem Patres, & Concilia frequenter significant dari in causis liberis sufficientem, & adequatam virtutem abique ulla necessitate motionis, & excitacionis praeviae; & quamvis certum sit, ac de fide gratia praevencionem, & excitacionem esse necessaria, ut affurgamus ad opera bona a vitam aeternam conducant; valde tamen dubium est, an ejus efficacitas sit physica, vel solum moralis; unde non eo ipso, quod dicant Patres, & Concilia causas liberas moveri, & praemoveri intrinsecam ad actus ordinis supernaturalis, statim inferri debet, ea loca intelligenda esse de physica praedeterminatione, cum sufficienter possint exponi de morali. Ad auctoritatem Cathedrae dicimus per *ly intima virtute* significari concursum Dei immediatum immediatione virtutis, & suppositi; per *ly praeviant* prioritatem solum a *quo*; perfectionis, ac independentiae, non autem prioritatem in *quo*; & si fiat vis in verbo impellendi, quo utitur Cathedra, forte plus probat, quam arguentes velint: nam ex vi nominis non solum significat praedeterminationem ad actionem, sed etiam necessitatem operandi; & denique nec verba illa, nec totus Cathedrae auctoritatem habent definitiva, sicut verba Concilii. Ad Arist. testimonium patet ex dictis *n. 86.* facere pro nobis, ibique solum explicare voluisse essentialem subordinationem inter causam primam, & secundam, ratione cujus secunda in motione sua essentialiter pendet ab illius influxu, quod totum salvatur per solum motionem concomitantem; neque in illo exemplo de baculo tanta vis est faciendae cum sit commune proloquium exempla quatuor pedibus non incedere, alioquin causae secundae non essent verae causae principaliter efficientes, sed solum instrumentaliter rigorose sumpto instrumenti vocabulo, quod nemo sane mentis affirmat.

ARTICULUS QUINTUS.

Objectiones Neutralium diluuntur.

117 In oppositum contra secundam, & tertiam conclusionem plura obiciunt Auctores secundae sententiae; sed quemadmodum articulo praecedenti ab initio dicebamus argumeta Thomistarum probare quidem necessariam esse aliquam Dei in fluxum etiam in causam secundam, non tamen praevium, & antecedentem, ut illi contendebant, sed tantum concomitantem, ita in proposito dicimus ratione PP. Societatis pro solo simultaneo Dei influxu in effectum, sufficienter qui

C 2 dem



dem evertere motionem, & determinationem praviam Thomistarum; at motionem, & determinationem nostram concomitantem actione causae secundae nulla ratione laedunt, ut constabit eorum rationes ponderando.

Primo itaque argunt Suarez, Molina, Morisanus, & alii, & est eorum praecipuum fundamentum; Si Deus non tantum influens in effectum, sed etiam in causam secundam movendo, & praedeterminando eam physice ad efficiendum, sequitur Deum duplici influxu influens in effectum omnem causarum secundarum; quorum uno immediate effectum attingeret, altero vero mediate, quia per causam secundam mediam, qua moveret, & determinaret, consequens est factum, ergo &c. Minor probatur primo, quia per solum concursum simultaneum, & immediatum in effectum salvatur omnis dependentia essentialis, tum causae secundae a prima in causando, tum actionis ejus in fieri, quia est una, & indivisibilis actio utriusque causae, tum etiam effectus in omni esse suo; ergo concursus praevius in causam est omnino superfluous. Deinde, quia tali concursu admisso daretur processus in infinitum, quia terminus illius promotionis receptus in causa secunda est aliquid creatum, & in via sua concurrendi dependens a prima causa, ergo non potest exire in actum, nisi per aliam quoque praemotionem moveatur a Deo, & sic deinceps, quae sunt ratio Scoti 4. diff. 43. q. 3. conutando tertiam opinionem.

Tandem, quia fingi nequit ad quid sit necessarius iste alius influxus in causam, aut enim ponitur intervenire ad applicandam causam secundam ad agendum; aut ad complendam virtutem agendi ejus: aut ad excitandam virtutem activam agentis; aut ad determinandam illam, quae ex natura sua est virtus indifferens; aut tandem ponitur motio quaedam necessaria ad agendum; nihil aliud dicitur ab his, qui talem influxum in causam secundam, & physicam praedeterminationem admittunt; sed nihil horum dici potest, ergo &c. minor probatur per singulas partes supponendo, quod praesens quaestio de necessitate divini concursus veritatem solum, suppositis omnibus aliis requisitis conditionibus ad operandum ex parte ipsius causae secundae, v. g. postquam Sol est praesens hinc Emisphaerio, habet virtutem completam illuminandi, & omnia impedimenta ablata sunt, quo Dei concursu indiget ad illuminandum, nam scilicet indiget solo concursu ad illuminandum, in aliquo etiam alio, quo moveatur, applicetur, & determinetur ad illuminandum; & secundum hunc sensum inquit clarum esse minorem, quia nulla ratione ex enumeratis potest poni influxus in causam necessariis: etenim non potest poni necessarius ad complendam virtutem agentis creati, quia ipsa supponit completa; neq; ad applicandam, & approximandam eam passivo, quia ipsa supponit sufficienter approximata; neq; ad excitandam virtutem activam ejus, quia cum causae excitatio fiat, aut per actum priorem alterius potentiae praerogative, sicut contingit in potentis animae, dum una per actionem alterius excitatur; aut per virtutem praecedentem, quia virtus agentis preparatur, & disponitur, sicut accidit, cum res odorifera rarefit, ut emittat odorem; ipsa supponit sufficienter preparata, & disposita, quia supponit constituta cum omnibus praerogativis. Neq; potest poni necessarius ad determinandam virtutem agendi, quia cum omnis virtus agendi aut naturalis sit, ideoq; ex se determinata ad unum; aut libera ideoque seipsum determinate nata, quippe quae est indifferens indifferenciae principii activi, nulla virtus creata indigebit tali determinatione. Nec tandem potest poni necessarius ad agendum, tanquam motio, & applicatio ad agendum, quia vix fingi potest terminus intrinsecus talis applicationis, & motus.

317 Respondeo argumentum concludere contra eos, qui ponunt influxum causae primae in secundam, & motionem ejus esse ad aliquam formam absolutam; sed contra nos nihil concludit, quia motio a nobis asserta non est ad aliquid, quod sit principium agendi, sed actionem ipsam actualem causae secundae, quae cum secundum nos in ipsa causa secunda insideat, tanquam in subiecto; eo ipso, quod dependenter a Deo dimanat ab ipsa causa secunda, dicitur per sealem formam relativam per actionem importatam, movere ipsam causam secundam motione ad aliud, quatenus ex hoc concursu Dei deo non agente fit agens: Et quia Deus haec actionem causae secundae merè respicit tanquam effectum, non vero in ratione actionis; non enim est illa, qua Deus agit, sed qua causa secunda praecise; ideo non sequitur, quod haec ratione influens Deus in causam, & movens illam ad agendum, mediate per eam actionem attingat effectum; sed tantum attingit effectum per alium concursum distinctum, qui immediate terminatur ad ipsum; itaque in hoc sensu duplici admisso influxu generalis, uno in causam, altero in effectum, negatur minor; Ad pri-

mam probationem negatur assumptum, quia cum ad subordinationem essentialium causarum sit necesse, ut actio causae inferioris per se dependeat a causa superiori, ideoque ab illa sit, opus est, quod inferior cum agit, a superiori moveatur ad agendum; & determinetur per actualem actionem in actu secundo, ut constat ex dictis. Ad aliam rursus negatur assumptum; quia terminus illius motionis in causa secunda receptus non est ad aliquid, quod sit principium agendi, sed ad actionem ipsam actualem causae secundae, quae proinde non debet exire in actum per aliam praemotionem, cum sit ipse actus secundus, & exercitium causae secundae.

Ad ultimam dico, quod talis motio est ad determinandam causam secundam in actu secundo; & cum instatur, quia virtus naturalis est ex se determinata; dico esse utique ex se determinatam in actu primo, & ideo non indiget amplius determinari in actu primo, sed in actu secundo; unde sicut nunquam est sic determinata, nisi cum actu est sub ipsa operatione, ut monet Doctor 2. diff. 2. q. 2. Et ita indiget, cum operatur, a Deo causa prima determinari; & voluntas est quae ratione est active indifferens, possit seipsum cum dominio suae actionis determinare, hoc tamen non potest sine Deo, qui universaliter concurrat ad omnem entitatem positivam, ideoque talem determinationem; Ad id quod talis etiam motio est ad agendum, nam cum causae secundae de se agentibus agentes sunt, mutantur ad aliud, & ideo ad Deo moventur motu quodam intrinseco terminato ad actionem causae secundae; neque enim, ut diximus diff. 8. Leg. q. 2. semper opus est, ut terminus motus communiter dicti sit forma absoluta, sed satis est, si fuerit aliquid ens positivum non omni, per receptionem cuius res aliter se habeat nunc, quam prius, est aliquid moveri, & mutari dicatur.

Sed contra hanc nostram solutionem Neutrales multipliciter instant; quia licet actio causae secundae dependeat a prima, non tamen per aliam actionem mediam, quia ad actionem non est actio 5. Phys. vel dari deberet processus in infinitum, unde Deus eadem actione agit, quia causa secunda, quae actio seipsum immediate dimanat a causa prima, & secunda, sicut idem est numero effectus per illam actionem ab utraque; procedens. Tum 2. quia si dicitur actionem causae secundae esse a Deo per aliam distinctam actionem priorem, & ibi dari statum; tunc debet reddi ratio, cur non idem dici possit de ipsa actione causae secundae, quod seipsum fit a causa prima, & secunda; & in ea dicitur status. Tum 3. si Deus per distinctam actionem concurrat ad actionem causae secundae; cum illa actio causae secundae non fit praecise a prima, sed a secunda simul, quaerendum erit iterum, an secunda concurrat partialiter cum prima ad propriam actionem concurrat dependenter ab ea, vel independenter; unde vel ibidem in infinitum, vel concursus ejus partialis erit indifferens; vel tandem eadem erit actio causae primae, & secundae ab utraque immediate dimanans sine medio influxu, ut actio ab agente. Tum 4. quia si admittitur Deum duplici actione immediate attingere effectum communem, actione scilicet propria, & actione causae secundae, quae non minus ab eo dependet, quam a causa secunda. Tum 5. quia quando etiam actio causae secundae diversa esse ab actione primae, fieret diverso influxu ab eo, quo fit effectus; adhuc tamen hic influxus non attingeret causam, quia actio est in termino, & in effectum, non autem in agente; imò aliud non est, quam ipsum fieri effectus, ut est a causis suis. Tum denique, quia ex hoc multa absurda sequuntur; primum, quod nullum agens movere posset, nisi moveretur, ideoque in eo, quod ageret parceretur. Secundum, quod uno igne agente in plura combustibilia pluribus modis, & eisdem rationis a Deo moveretur. Tertium, quod nulla esset differentia inter causam secundam principalem, & instrumentum, nam solum instrumentum est, quod indiget applicari a superiori agente ad operandum. Quartum denique, quod causa libera ageret, ut determinata, quod est contra ejus rationem, & modum agendi, ut distinguitur a causa naturali.

Respondetur facile ad haec omnia. Ad primum negatur assumptum, quia cum actio causae secundae sit verum ens reale, & non sit, quo Deus agit, non est ab eo, sicut actio ab agente, sed ut effectus ab efficiente, atque ideo alia actione media; nec ex hoc sequitur ad actionem danti actionem, quia respectu Dei non est actio, sed effectus, & res acta; nec sequitur processus in infinitum, quia dabitur status in ipsa alia actione, quia Deus attingit actionem causae secundae; & quamvis sit idem numero effectus a prima, & secunda causa productus, hinc non sequitur unam, & eandem esse actionem causae primae, & secundae, nisi unitate integritatis, vel potius subordinacionis, idque cernitur in omnibus causis par-

118

119

partialiter concurrentibus ad eundem numero effectum; nam intellectus, & obiectum concurrunt ad eundem numero actum; nec tamen eadem numero est actio utriusque quia una est vitalis, & alia non vitalis, & sic in aliis multis contra Suarez, diff. 26. Metaph. sect. 3. m. 18. cuius ratio non concludit unitatem indivisibilitatis, sed tantum integritatis.

Ad secundam datur status in actione, quia Deus attingit actionem causae secundae, & non in ipsa actione causae secundae, quia haec posterior actio est relatio fundata in causa secunda, & terminata ad effectum productum; unde ad Deum neque in ratione fundamenti, neque termini potest conferri, ideoque non potest esse ab ipso immediate, veluti actio, sed velut effectus media actione; & ideo etiam ipsa fundat relationem dependentem ad Deum sibi realiter identitatem, quae proinde non est necesse, quod fiat alia dependentia ab ea, quae factum est id, cui realiter identificatur. Ad tertium actio causae secundae est ad Deum comparatur in ratione effectus, ad causam tamen secundam comparatur ut actio, & ideo ab ea immediate dimanat, & non per aliam actionem mediam, ad quam Deus concurrat; sicut etiam ipsi Aduersarij dicunt de actione causae secundae, quod non iterum Deus concurreat cum ea ad talem actionem, ut ab ipso procedat, distincto influxu. Ad quartum negatur sequela, actio enim causae secundae dependet ab ea, ut actio ab agente, a prima vero, ut effectus ab efficiente, unde causa secunda efficiat ea, non eam; causa vero prima efficiat eam, non ea. Ad quintum negatur actionem esse in termino, non autem in agente, ut patet ex diff. 8. Phys. q. 3. art. 2. & negatur esse ipsum fieri effectum, quia quocumque enim tantum nomen actionis extenditur ad significandam rem actam, quatenus includit respectum essendi ab alio ex Scoto 4. diff. 13. q. 2. intra sit. H. cum potius sit terminus intrinsecus actionis accipiens esse per illam.

120

Ad ultimum negatur illa absurda sequi, & quae sequuntur non esse absurda dicimus: unde primum non est absurdum non enim est inconveniens omne agens creatum, dum agit, hoc genere motus scilicet ad aliud moveri, dum de non agente fit agens: Secundum etiam non est absurdum, quia sicut non est inconveniens ignem fundare plures relationes novas numero distinctas ad plura combustibilia: ita non inconvenit pluribus modis moveri huius generis: inconveniens foret pluribus modis eisdem rationis moveri, quando essent ad plures formas absolutas reales, & solum numero distinctas, quae in eodem subiecto esse nequeunt. Tertium, quod est absurdum, non sequitur, quia per motionem concomitantem non recipit causa secunda a prima aliquid spectans ad actum primum, nam virtutem suam effectum proportionatam habet in esse quieto: sed tantum dum operatur, & de non agente fit agens dependenter a causa prima, moveri, & mutari dicitur ab ea, quod non infert rationem instrumenti proprie dicti. Nec tandem quantum sequitur absurdum, quia determinatio, & indeterminatione in actu primo sunt, quae distinguunt causam naturalem, & liberam: & causa libera seipsum determinat in actu secundo per suam actionem; & quia id non efficit dependenter a Deo, ideo operari dicitur, ut determinata a Deo concomitantem, non antecedenter: & in actu secundo, non in actu primo.

Secundo principaliter arguit Ruusius loc. cit. si concursus divinus est aliquid reale impressum causae secundae, vel per talem impressionem censetur concurrere prima causa cum secunda, ita ut nihil aliud praeter impressionem faciat: vel praeter impressionem illam concurrat postea rebus ei auxiliium per modum simultanei concursus: si primum dicitur, sequitur non concurrere ad operationes, & effectus creaturarum immediate suppositi, sed solum virtutis, quia actu non concurreret per se, & immediate ad operationem sequentem, sed solum per eam virtutem impressam causae secundae; si vero dicitur secundum, tunc vel concursus iste simultaneus superfluous erit, vel superfluous est impeditio, quod si probatur, quia concursus primae causae consistit in illa impressione praecedente operationem; ergo facta illa impressione, censetur concurrere prima causa ad operationem secundae: non est igitur necessarius alius concursus simultaneus, & immediatus. Quod si dixeris adhuc esse necessarium propter communem effectum, sequitur superfluous esse impressionem; probatur consequentia, quia haec impressio non est necessaria, ut causa secunda sit sufficienter constituta in actu primo, quia sic est sufficienter constituta per suam formam, & virtutem operandi, neque est necessaria, ut prima concurrat cum ea in actu secundo, quia ad hoc sufficit concursus simultaneus, qui ponitur post impressionem.

Mela. In Secunda Sentent.

ergo necesse est vel impressionem, vel actualem concursum esse superfluum. Confirmatur, quia ex communi omnium sensu, postea actuali Dei concursu ad extra implicat non sequi, vel non esse actionem creaturam, quia ille concursus est absolute efficax; ergo non potest esse aliud, quam ipsum fieri effectus, sive ipsa dimanatio effectus a Deo; & consequentia probatur, quia posita in causa secunda qualibet entitate, quae se habeat per modum principii effectivi, vel complementi actualis virtutis activae, vel applicationis, excitationis, determinationis, &c. adhuc non implicat causam secundam non agere, potest enim Deus quamlibet causam efficientem creatam in quibusvis circumstantiis impedire ab actione. Deum inaudum est, ut in intellectu, & voluntate antecedenter ad omnem actum naturalem ponatur aliquid per modum actus primi, vel conditionis agendi; licet in ordine ad aliquos actus naturales ponatur habitus antea acquisitus, & in ordine ad supernaturales habitus infusus, vel qualitas fluens, quae illum suppleat; ergo impertinetur fingitur concursus alius in causam ultra simultaneum effectum.

Respondeo haec, & similia argumenta Neutralium impugnare quidem concursum in causam, cuius terminus sit aliquid per modum principii activi, aut conditionis necessariae ad agendum, aut alio modo spectans ad actum primum, non autem concursum in causam, cuius terminus praecise sit ipsamet actio causae secundae, quae non potest ab ea prodire sine influxu Dei; Itaque ad primum dico per impressionem actionis in causa secunda Deum non concurrere ad effectum causae secundae, ut v.g. per impressionem calefactionis in igne, nec mediate, nec immediate per talem actionem concurrere ad productionem caloris, quae per eam actionem non agit Deus, sed praecise causa secunda & in ratione actionis non dimanat a Deo, sed in ratione effectus tantum, quia ut sepe dictum est non agit ea, sed eam; ideo ultra talem concursum concomitantem in causam, & ad actum secundum spectantem, debet ad aliter concurrere Dei simultaneus, quo immediate cum igne attingat calorem productum, & ideo neuter concursus est superfluous, sed omnino necessarius; primum quidem propter existentiam actionis nempe calefactionis; alter vero propter productionem, & existentiam caloris; unde patet nullum illatum consequentiarum valere contra nostrum dicendum modum.

Ad Confirmationem concessio antecedente negatur sequela, quia in productione caloris v.g. non tantum fit calor, sed etiam de novo calefactio resultat in igne; & cum haec actio nequeat haberi in igne de novo independentem a Deo, praeter concursum simultaneum, quo Deus cum igne attingit immediate calorem, & dicitur ipsum fieri effectus, admittendus est alter concursus, quo Deus attingat immediate calefactionem, quae cum igni inhaeret, dicitur Deus consequenter attingere ignem faciendo ipsum de non agente; ad probationem consequentiae dico, quod quamvis posita in causa secunda qualibet entitate, quae se habeat per modum principii activi, vel complementi actualis virtutis activae, vel applicationis, excitationis, determinationis, &c. spectantis quomodolibet ad actum primum, ut ponitur Thomista, non implicat causam secundam non agere: tamen posita entitate in causa per modum applicationis, & determinationis actualis, & ad actum secundum spectantis implicat omnino causam secundam non agere; quia causa secunda, ut fiat sub actione, necessario in sensu composito agit. Ad ultimum negatur consequentia de concursu in causam concomitantem, & ad actum secundum spectantem: conceditur de concursu in causam antecedente, & ad actum primum pertinentem, ut ponitur a Thomista.

Alia argumenta soluta.

Tertio, specialiter argumenta deducuntur ex causis liberis: quia si rationem specialem causae liberae spectemus, non videtur in fluxu isto, motione, ac determinatione indigere; si quidem quamvis sit causa de se indifferens, ad indeterminationem, tamen eius indeterminatione activa est, non passiva, positiva, non negativa; potentia autem fit active indifferens propria virtute intrinseca se se determinare potest, ut voluerit, quippe quae est domina sui actus; ergo nullo extrinseco determinante, aut movente indigebit, sed cum in fluxu generali Dei poterit se ad illum determinare. Constat si causa libera ad hoc, ut ageret, indigere novo influxu, quo physice moveretur, & determinaretur, tolleretur omnis usus liber causae secundae liberae; probatur consequentia, nam si ipsa ad agendum tali determinatione indiget, & motione, quae posita non agere non potest, quia est efficacissima iam si aliquando non ageret.

123



ret, non esset ex suo dominio, sed ex impotentia; & si aliquid ageret, non esset ex suo libero, sed ex impulsu superioris agentis illam moventis, & applicantis; ideoque tam agens, quam non agens nunquam usum liberum sui offenderet; qui in eo solum consistit, quod ex interna facultate possit omnibus necessariis ad agendum praequisitis, & ad actum spectantibus, possit actionem suspendere, & non agens ex sua libertate possit actionem inchoare.

124 Respondeo, eam rationem solum convincere voluntatem non indigere praevia determinatione in actu primo: quod autem a Deo in actu secundo non determinetur, non probat, ut intuenti patet, quia sicut ipsa activè indeterminata potest se in actu secundo determinare, ita Deus potest illam sic determinare; & quamvis in ratione specialis causae libertatis, cura indifferens sit, valeat sine ulla determinatione praevia se de terminare in actu secundo, non tamen quomodocumque, potest, quia non sine influxu Dei, cum non sit primum liberum, sed dependens. Ad Conf. negatur consequentia, & a deus probationem negatur adhuc consequentia, nam ex quo moio ista, quam ponimus, comitatur actionem causae secundae libertatis: consequenter non tollit indifferenciam potestatis, nec potestatem, cum in quo signo praecedat natura suam actualem operationem, possit eam suspendere, vel inchoare ad suum libitum, & ex suo dominio. Dices, saltem posita ista actuali motione in sensu composito non est in potestate voluntatis non agere: ergo non agit liberè. Negatur consequentia, quia ex quo ista compositio non procedit ex suppositione antecedenti, sed tantum concomitanti: nec libertatem voluntatis creat, nec eius usum destruit sicut nec libertatis usum loqui, quod posita actuali operatione voluntatis in sensu composito non fit in potestate voluntatis pro eodem instanti non agere.

125 Quando arguitur ex Scriptura, Conciliis, & SS. Patribus, qui frequenter indicant positum omnibus ad agendum praerequisitis voluntatem creatam esse indifferenciam ad agere, & non agere, & se ipsam determinare, non autem determinari ab alio: hoc autem esse negare physicam praedeterminationem: quia illa sit necessaria, & agendum praerequisita: non erit in potestate voluntatis se habere in utramque partem: sed ex necessitate simpliciter volet id, ad quod tendit praedeterminatio, & simpliciter ex necessitate simpliciter omittit, si vero volet quicquid omittit, & non vult, facientur enim Adversarii sine praedeterminatione causam creatam omnino non posse agere, & posita eadem praedeterminatione omnino non posse non agere, ergo &c. Maior probatur ex illo Ecclesiast. 25. Deus reliquit hominem in manu consilii sui, adiecit mandata, & praeccepta, si volueris servare, servabunt te: at quomodo est in manu consilii sui, qui non potest consulere de actu futuro, & liberè eligere, sed necessariò consequitur determinationem aliunde immixtam, quae non est in eius potentia? & quomodo dicitur, si volueris, si nemo potest velle, nisi aliunde determinetur? Num. 30. in arbitrio viri erit, ut faciat, vel non faciat: si est necessaria praedeterminatio, non est in arbitrio viri, sed Dei tantum ut quis faciat, vel non faciat: Sic etiam loquuntur SS. Patres, nam Clemens Romanus Pontifex tertius a B. Petro anno Christi 68. in epist. 2. si aliquid, inquit, esset, quod adveniens fidem vel ad credendum, vel non credendum determinaret, prae ter arbitrium tolleretur meritum, & libertas, loquitur de concursu ad actus supernaturales, nec admittit determinationem: ergo multo minus admittit in concursu generali ad actus, & effectus naturales. Hilarius Pictaviensis Episcopus in Psalm. 2. unicuique nostrum, inquit, libertatem vita, sensumque permisit, non necessitatem in alterum ordinem assignans: sed quomodo non assignat necessitatem in alterum, si praedeterminaret? Chrysost. Homil. 12. ad Hebr. non ancedit nostras voluntates, ne nostrum leatur arbitrium; has & alias confirmat adducit auctoritates Moritan. q. 11. cit. art. 2. Sic tandem etiam loquitur Conc. Trid. sess. 6. c. 5. & can. 4. dum definit etiam in actibus supernaturalibus posse liberum arbitrium a Deo motum, & excitatum motu non consentire, & resistere, si velit, ac eam abicere.

126 Respondeo, haec, & similia testimonia validè impugnat praeviam motum, & physicam praedeterminationem, qualis ponitur a Thomistis; nimirum pertinentem ad actum primum, & in aliquo instanti aut priori naturae ordine causalitatis antecedentem operationem actualem voluntatis; imò hac ipsa ratione non quoque eam impugnavimus nisi siquidem uti liber conatusque potentiae libertatis create in eo consistit, quod positus omnibus praerequisitis ordine causalitatis ad agendum ipsa potentia integra, & indeterminata maneat in sensu composito, ut agere, & non agere possit, age-

re hoc, vel oppositum, ergo implicat, quod causa secunda libera praemoveatur a Deo, & physicè praedeterminetur, antequam agat, quia posita tali praedeterminatione, & praevia motione ad actum primum pertinentem non esse amplius voluntas indifferens in actu primo, sed determinata, atque ita à causa necessaria non differet, quae est determinata in actu primo; & haec est physica determinatio, quam intendunt Scripturae, Patres, & Concilia à voluntate nostra excludere, determinatio, inquam, spectans ad actum primum, ut potè quae directè libertati opponitur, & usum eius destruit ad determinationem, quam nos admittimus, spectat ad actum secundum, & in voluntate habetur per ipsammet volitionem, ut docet Scotus 2. dist. 1. q. 2. in solutione principalium, dum inquit, in causis liberis causam esse determinatam est ipsam habere volitionem respectu volibilis, ex quo patet ralem determinationem concomitantem, qualem nos ponimus, necdum libertati exitalem non esse, sed potius per eam exerceri voluntatis libertatem, imò & esse ipsius libertatis, ac potentiae indifferens exercitium; In quo autem sensu Trident. 1. dicitur liberum arbitrium a Deo motum, & excitatum posse motioni consentire, & resistere, ac eam, si velit, abicere, & an efficacia auxilii praemoveatis sit physica, vel moralis, hic discutere non intendimus, cum directè tangat materiae de divinis auxiliis, de qua tractatè modo Sedes Apostolica non permittit; lat nobis erit in praesenti ex definitione Concilii satis evidenter deducit admittendam non esse praeviam motionem, qua liberum arbitrium in actu primo ita ad alteram partem determinetur, ut ea flante nequeat in oppositam partem: arguendo eum Concilium loquatur de motione & determinatione ad actum primum spectante; motioni, & determinationi nostrae minime refragari: quandoquidem ponamus eam mere concomitantem nostrae voluntatis actionem.

Quintò tandem, Scotus pro secunda sententia citat. 72. ter videt urgent loca Doctoris ibi adducta, in quibus expressè docuit concursu primae causae cum secundis non esse aliquid impressum de novo in causa secunda; sed tantum ordinem essentialem causae secundae ad primam in causando effectum communem; ergo Doctor praeter concursum simultaneum causae primae cum secunda in communem effectum, nullum alium prioris agnovit in causam neque praeviam, neque concomitantem.

Respondeo, quamvis de sensu Doctoris illis in locis factis dictum sit supra n. 96. adhuc auctoritates illas male intelligi ad illum sensum, secundum quem inducuntur, quia locationes eius non sunt formales, tanquam voluerit motionem, aut influendam causae primae in secundam esse formaliter loquendo solum illam, & praecium ordinem ipsius, ut inferioris agentis ad illam, ut superiorem coagentem, sed tantum locationes materiales; & sensu eorum est, influentia est tantummodo ordo istarum causarum in agendo effectum communem, id est influentia primae causae in secundam est, quia secunda accipiens actionem suam à prima habet ordinari ad illam, ut ad causam superiorem coagentem sibi; sic enim Doctor 4. dist. 13. q. 1. CC. expoluit illam aliam propositionem causae secundae est movens mota, id est in motione sua dependet ab alia prius naturaliter actu movente, quod idem est, ac si dixisset, id est, quae motionem suam, & actionem ab agente priori dependentem habet; Quod si intente Doctorum conceptis verbis negare causam secundam aliquid novum recipere per istam influentiam, ut patet 4. dist. 1. q. 2. ad ult.

Respondeo id etiam ipsos obicentes premere, quia cum ipsi putent motum ultum in sententia Doctoris importare solum ordinem, illic fundatus sit in actionibus, consequenter novus esse debet, sicut actiones ipsae novae sunt; tum quia cum ordo inferioris agentis proprie loquendo non sit nisi ubi inferior actionem suam dependente à primo habet, consequens est, quod secunda non possit intelligi mota à prima, nisi intelligatur recipere actionem suam à primo, ideoque per illam motionem, & influentia aliquid à prima recipere. Accedit, quod si verba Doctoris bene notetur, non negat ipse absolute, & simpliciter istam influentiam primae causae in secundae esse novam, quod secum cogit; per eam aliquid recipi in causa secunda quia ipse tenet causam primam non influere actu, nisi quod secunda simul cù prima actu operatur; sed negat solum aliquid de novo recipi in secunda, quod pertinet ad actum primum, ideoque sit forma, vel absolutum, quo ipsa agat, & hoc ad differentiam instrumenti, si instrumentum ponatur per actualem motionem recipere formam, & virtutem agendi, sic lo. ad ultimum, ubi cum praemisissis causae primae in secundam proprie dicitur, quando simul agunt,

agant, non esse influentiam novam, ne quis suspicetur nihil omnino de novo influere, statim accidit, quae sit creatio alicuius causae secundae inherens, &c. his verbis ostendere volens solum hanc novam influentiam negare ad differentiam instrumenti, & dist. 1. q. 2. antequam inferret, ergo influentia causa superioris respectu inferioris non est aliquid receptum in causa inferiori, ne quis lumeret occasionem errandi, praemisissis influentiam illam non esse aliquid absolutum receptum in causa secunda, volens innere se non aliam influentiam novam velle excludere, nisi eam, quae est ad formam absolutam, ut principium agendi.

Unde etiam cum inquit 3. dist. 13. non credo causam secundam recipere motionem specialem à causa prima, sed tantum habere ordinem alicuius formae suae ad formam alteram aliorum, per quam subordinacionem causae prioris exeunte in actum in suo ordine, causa secunda nata est exire in ordinem suo &c. non omnem motionem negavit, sed motionem quandam specialem, id est pertinentem ad actum primum, quae scilicet causa secunda aliquid recipiens compleri nata est in actu primo, ut sit perfecte totiens operari; quae, ut sic, inquit Doctor ibi, praeter virtutem agendi causae secundae, & praeter virtutem agendi causae primae sit ordinata, nulla tamen virtute necessaria est, ut operetur ad eum modum, quo 4. dist. 1. q. 1. influentiam talem novam negaverat, & hoc est valde notandum, sic enim facile intelligitur, quia ratione Doctor negat virtutem, sive assentientiam, sive influentiam primae causae esse impressionem alicuius formae, vel alicuius inherens in causa secunda, ut loquitur 2. dist. 3. q. 8. E. & esse influentiam proprie dicitur, qualis est illa instrumenti, ut loquitur 2. dist. 1. q. 1. quia haec solum dicta sunt ad excludendam influentiam, quae pertinet ad actum primum per impressionem alicuius virtutis agendi, qualis ponitur in instrumentum per motionem à principali movente, & non ad excludendam influentiam praedictam pertinentem ad actum secundum.

QUAESTIO QUARTA.

De Natura Actionis.

ARTICULUS PRIMUS.

Replica auctoris ad P. Poncium de natura Actionis.

127 D. 1. p. 6. Metaph. q. 1. art. 5. examinaui doctrinam de natura actionis quam Poncius tradiderat dist. 17. Log. 3. & plura eius dicta in hoc proposito impugnavi quibus impugnationibus conatus est respondere in recensione sui Cursus philosophici dist. 17. Log. in additione facta ad eandem questionem, quae incipit a num. 52. & quia opportunior locum replicandi in hoc tomo mihi occurrere non potest, quam praesens materia, ubi disputamus de actione prima, & secunda causae, hinc per modum appendix hanc quartam questionem addidit, in qua rursus examinare intendamus reddere tunc sua dicta de natura actionis à me impugnata loc. cit. & quam bene occurrit obiectionibus meis.

130 Primum itaque primum Ponci dictum à me impugnatum dist. 6. Metaph. cit. ad n. 47. est, quod docuerat, ad ionem sumptam pro relatione producentis ad productum, & passionem est correspondentem in effectu, pertinere ad praedeterminationem actionis, & passionem, non autem relationis, seu ad aliquid, hoc enim dicebam esse expressè contra Doctorem, & Arist. nam in 4. dist. 13. q. 1. lit. G. docet respectum producentis ad productum, & alium est correspondentem in effectu, non esse de genere actionis, & passionis, sed pertinere ad praedeterminationem ad aliquid; Neque valere effugium illud Ponci, Doctorem loqui de relationibus producentis, & producti permanentibus, quales communiter censetur esse patris, & filii, non autem de transiensibus cum ipso fieri rerum; Quoniam Doctor expressè loquitur de respectu producentis, & producti interveniente in ipso fieri rerum, nam in solutione ad quintum principale sub lit. P. distinguit respectus producentis, & producti pertinentes ad fieri rerum à respectibus paternitatis, & filiationis comitantibus rem in facto esse secundum communem opinionem, & respectum producentis, & producti etiam in eo leno inquit non esse proprie de genere actionis, sed relationis. Tum quia sic etiam loquitur Arist. cum enim 5. Metaph. c. 5. enumerat relationes secundi modi ad praedeterminationem aliquid pertinentes, necdum recenat relationes dependentiae quae rem in facto esse comitantur, veluti quod fecit ad id, quod factum est, sed etiam relationes actualis dependentiae pertinentes ad ipsum fieri rerum, quae explicantur per tempora de presenti.

Mold. In Secunda. Sentent.

Respondet Poncius loc. cit. ex illa doctrina Philosophi nihil haberi ad propositum, quamvis enim Philosophus diceret, quod omnis productio rei, quae est in fieri eius, sed in primo instanti, quo fit, spectaret ad secundum genus relationis: non sequeretur necessitati, quod omnis omnis esse de praedeterminatione ad aliquid, seu intrinsecus adveniens, quia ipsemet Doctor in illo ipso loco à Maffio citato in responsione tertia dicit, quod possit explicari actionem in secunda specie, quod omnes relationes, quas enumeravit in secunda specie relativorum, sint species relationis ad aliquid, sicut nec omnia, quae numeravit inter species qualitates sunt vere species qualitates. Ad Scotum inquit, quod quamvis totum illud haberet loc. 5. inde tamen nihil haberi contra eum doctrinam, quia illi respectus, qui sunt in fieri, de quibus Scotus, sunt respectus praesupponentes actionem, & passionem de praedeterminatione actionis, & passionem de praedeterminatione productum, de quibus respectibus producentis, & producti fi dentur, ego nec negavi (inquit) nec negare potui, quin essent intrinsecus advenientes, cum praesupponant aliquid ex parte extremorum, ad quod necessitati sequantur, ergo vero loquebar de respectibus aliis producentis, & producti, quae solum in ipso fieri manent, & non praesupponunt aliquid tale ex parte extremorum, ad quod necessitati sequantur, ergo ex littera Scoti nihil habetur contra meam doctrinam, quam credo certe non intellexisse bene Maffrum; addit tandem Doctorem ibi non tam assertive procedere, quam probabiliter dicere.

Sed rursus replico haec glossa Arist. & Scoti esse mera effugia ad utriusque intentionem eludendam inventa; verum est Doctorem in illa tertia responsione dicere, quod Arist. in ea divisione non tantum ponit species relationis, sed etiam modos, secundum quos aliqua dicuntur ad aliquid, quod & ego quoque docui dist. 8. Log. q. 10. art. 3. dicens num. 174. omnibus illis tribus relativorum generibus accipiendas esse relationes reales praedeterminationales intrinsecus advenientes, & ex his colligi debere species praedictam ad aliquid; ceterum cum Scotus non solum in illa prima responsione ad quintum principale, ubi Poncius dicit probabiliter dicere, sed etiam in corpore questionis lit. E. vers. ulterius in speciali universaliter omnem respectum producentis ad productum, & converso, dicat esse intrinsecus advenientes, sequitur omnem talem de mente Arist. iuxta expositionem Doctoris esse proprie de praedeterminatione ad aliquid; concedo itaque non omnes relationes, quas enumerat Arist. in secundo modo relativorum, esse proprie de praedeterminatione ad aliquid; dico tamen omnes, quas enumerat per modum producentis, & producti; sive intervenient solum in ipso fieri rei, sive perleverent quomodo in facto esse, esse de praedeterminatione ad aliquid, quia omnes huiusmodi sunt intrinsecus advenientes, ut ait Doctor, & de his relationibus praesè loquitur meum argumentum in Aristotele auctoritate fundatum. Sed adhuc mirabilior est responsio ad Sotestimonium allatum, dum ait illos respectus producentis, & producti à Scoto recentis pertinentes ad ipsum fieri rerum, quos distinguit ab aliis comitantibus rem in facto esse, esse utique intrinsecus advenientes (si dicuntur) at se non loqui de his respectibus de quibus loquitur Doctor, sed de respectibus aliis producentis, & producti, qui solum in ipso fieri manent, & non praesupponunt aliquid tale ex parte extremorum, quod necessitati sequantur, ex quo infero me non bene ejus doctrinam intellexisse.

Fateor sanè me hanc peregrinam Ponci doctrinam non percipere de illis aliis respectibus producentis, & producti solum in ipso fieri manentibus, quos ipse admittit praeter agnitos, & recentis ab Arist. & Scoto, de quibus dubitat, adentur; Vide mirabile viri ingenium, respectus producentis, & producti, quos Arist. & Scotus admittunt, vel negat, vel dubitat, adentur, & alios ipse comminicitur, quos illi nunquam agnovissent, nec ipse declarat; Scotus loc. cit. in prima solutione ad quintum principale duos enumerat respectus producentis, & producti, quos, qui pertinent ad ipsum fieri rei, est generatio; alii vero recentis rem in facto esse sunt paternitas, & filiationis; ait enim, quod quando aliquis generat in creaturis, tunc non est pater, licet postea quando proles formata est, sicut illa proles incipit esse filius, ita incipit qui genuit esse pater: & generationem esse actionem, seu relationem producentis ad productum omnino primum: si ergo generatio est actio omnino prima pertinet ad fieri rei, quoniam sunt alii respectus producentis, & producti, de quibus loquitur Poncius, Scoto, & Arist. omnino ignoti; quis non videt hos alios respectus producentis, & producti, quos Poncius comminicitur, esse omnino fictos, & chimericos

C 4 non